sed omnia sua ducat vel aduersa vel prospera
Denique sanctus moyses pro populo patrie bel
la suscipere grauia non reformidauit. nec regis
potentissimi trepidauit arma. nec barbarice im
manitatis expauit ferociam sed abiecit salutem
suam vt plebi libertatem redderet. Magnus itaque
iusticie splendor. que alijs pocius nata quam sibi com
i
tatem et societatem nostram adiuuat. excelsitatem
tenet. vt suo iudicio omnia subiecta habeat. opem
alijs ferat pecuniam conferat. officia non abnuat
pericula suscipiat aliena. Quis non cuperet hanc
virtutis arcem tenere. nisi prima auaricia infir
maret atque inflecteret tante virtutis vigorem.

Quod iusticia in pacis et tempore belli seruatur. Capitulum. 27.

Ateni dum augere opes
aggerare pecunias. occupare terras posses
sionibus cupimus prestare diuicijs iu
sticie formam exuimus. beneficientiam commu
nem amisimus. Quomodo enim potest iustus
esse qui studet eripere alteri. quod sibi querat potentie quibus
cupiditas formam iusticie virilem effeminat. Quomodo
enim potest pro alijs interuenire qui alios sibi subicere co
natur. Et infirmo aduersum potentes opem ferre. qui
ipse grauem libertati affectat potentiam Quanta autem iu
sticia sit. ex hoc intelligi potest. quod nec locis nec
personis nec temporibus excipitur. que etiam ho
stibus reseruatur. vt si constitutus sit, cum hoste


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
gefördert durch die DFG